Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26514
Copyright: Admont, Benediktinerstift



20

Quam quæ fert oculis subiecta fidelibus, et quæ
Ipse sibi tradit spectator. non tamen intus
Digna geri promes in scenam. multa quoque tolles
Ex oculis quæ mox narret facundia presentis.
Nec pueros coram populo medea trucidet.
Aut humana palam coquat exta nefarius atreus.
Aut in auem progne mutetur cadmus in anguem.
Quæque ostendis mihi sic incredulus odi.
Neue minor neu sit quinto productior actu
Fabula quæ posci vultque spectanda reponi.
Nec deus intersit nisi dignus vindice nodus
Inciderit. nonque tertia loqui persona laboret.
Actoris partes chorus officiumque virile
Defendat neu quid medios intercinat actus
Quod non proposito conducat et hereat apte.
Ille bonis faveatque. et consilietur amicis.
Et regat iratos. et amet peccare timentes.
Ille dapes laudet mensæ brevis. ille salubrem
Iustitiam. leges. que. et apertis otia portis.
Ille tegat commissa. deos que precetur et oret.
Vertere det miseris. abeat fortuna superbis.
Tibia non ut nunc orichalco vincta tubæque.
Æmula se. tenuis simplexque. foramine pauco
Aspirare. et adesse choros erat utilis. atque.
Nondum spissa nimis complere sedilia flatu
Quæque sane impares numerabilis ut pote paucis
Frugi. castusque. verecundusque. coibat.
Post quam cepit agros extendere victor. et urbes
Latior amplectitur. muro. uno que diurno
Lacari genialis festis impune diebus.
Accessit numerisque modisque licentia maior.
Indoctus quid enim. saperet liberque. laborum
Rusticus urbano confusus. turpis honesto
Sic pariter motum que. et luxuriem addidit arti
Tibicen. trahere que. vagus per purpura veste.
Sic etiam fidibus voces creuere seueris.
Et tulit insolitum eloquium facundia præceps.
Et bene rem. sagax rerum. et diuina futuri
Sortilegis non displicuit sententia delphis.
Carmina qui tragico vilem certauit ob hircum
Mox et agrestes satiros nudauit. et aspera
Incolumi gauisa locum. transtra. eo. que
Illecebris erat. et grata nouitate morando
Spectatorem functusque sacris. et potus. et exlex
Verum ita risores. ita commendare dicaces